

Lorenz Bodock

**Rector Universitatis Rostochiensis Laurentius Bodock, Ph. I.U.D. ... Ad Funus ...
Matronae Catharinae Ohmbken/ Quod Vir ... Dn. Friedericus Klatten/ U.I.D. ...
denatae Gener moestissimus Hodierna ... decenter parabit. Omnes Universitatis
huius Cives ac Fautores ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1641 [i.e. 1661]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776204742>

Druck Freier  Zugang



Bodock, L.,
in
C. Ohmbke,
uxor. C. Sithman.
Rost. 1661.

28

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCKENSIS

LAURENTIUS BODOCK

P. J. D. Consiliarius Mecklenburgi

Magister Collegii Philologici

AP. DR. CAND. P. H. D.

AD FUNUS

Thy. 1791. Die 17. Junii. 1791. h. 1791.

ORATIONE

CATHARINE

Wid. 1791.

Quod

1791. Die 17. Junii. 1791. h. 1791.

DR. FRIEDERICUS SIMON U. P. D.

Magister Collegii Philologici

IN MEMORIAM CATHARINE

1791. Die 17. Junii. 1791. h. 1791.

MDCCXCII. ROMA. PRIMUS

1791. Die 17. Junii. 1791. h. 1791.

1791. Die 17. Junii. 1791. h. 1791.

1791. Die 17. Junii. 1791. h. 1791.

1791. Die 17. Junii. 1791. h. 1791.

1791. Die 17. Junii. 1791. h. 1791.

1791. Die 17. Junii. 1791. h. 1791.

1791. Die 17. Junii. 1791. h. 1791.

1791. Die 17. Junii. 1791. h. 1791.

1791. Die 17. Junii. 1791. h. 1791.

1791. Die 17. Junii. 1791. h. 1791.

90.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
LAURENTIUS BODOCK,
Ph. J. U. D. Consiliarius Mecklenburgi-
cus. Academ. Orator, Colleg. Philos. Senior.
& p. t. DECANUS.

AD FUNUS
Pientissima, Probissima, atq; laudatissima
MATRONÆ

CATHARINÆ
Symbken



Quod

AR Excellentissimus, Amplissimus, Consultissimus

DN. FRIEDERICUS Klatten, U. J. D.
Celsissimæ Principis Ducisq; Mecklenburgicæ
DN. Mariæ CATHARINÆ Consi-
liarius intimus, piissimèq; denatæ Gener-
mæstissimus

HODIERNA HORA PRIMA

Solenniter atq; decenter parabit.

Omnes Universitatis hujus Cives ac
Fautores, peramanter & officiosè invitat.

✽ (v) ✽

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typ. ANNO CHRISTI M. DCXLI.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS.
LAURENTIUS BODOCK, Ph. U. J. D.

S. P. D.



Infinita instant mortis fata mortali-
um generi, quæ nec effugere nec
evitare licet,

*Parca mortalibus instant
Millena, quas nemo hominum,
vitet fugiat vè.*

Hæc, quod nulla unquam diligentia, nulla solertia
declinare valeat, in se ipsò, inter innumera Ex-
empla, FRIDERICUS II. Imperator, expertus
fuit; qui cum FLORENTIAM nunquam ingrede-
retur, cum ipsi, in castro quodam *Florentino*, mori-
endum esse prædictum fuisset; venit tandem,
nè unicam mortis concipiens cogitationem,
in quandam APULIÆ Arcem, quæ Florentina
nuncupabatur; ibiquè morbo correptus lethali,
eò ipsò diè, quò antehac Coronâ Imperiali fuerat
redimitus, scilicet XXVI Decembris, mortalitatem
communem depofuit. Et quid mirum? Cum rata
& fixa sint fata hæc; magnâ & æternâ ducantur ne-
cessitate; stent dura ac inexorabilia, quæ accusare
quidem diutius possumus, mutare non possumus.
Nàm ut cum CATONE, ævum prolixius jam per-
currente loquar, Omne humanum genus quodq;
est

est quoque erit, ad certissimam condemnatur mor-
tem. Et ut BOETIUS II. de Consolat. Philosoph.

Involuit humile pariter & celsum caput

Aquat quæ summis infima.

Optimis ac pessimis fata hæc æquæ eveniunt, deter-
rimis ac præstantissimis communia sunt. *Mors quip-
pè* (ut olim LYSIAS Orat. XXXI.) *nequæ improbos
despicit, nequæ bonos admiratur. Inevitabilis sanè,
cujus æqualem portionem probi ac improbi sorti-
untur.* Quid jam de pueris, juvenibus, ac senibus dica-
mus? Annè illi de majori facti clementiâ sibi potiori
jure gratulari poterunt? Minime verò. Etenim cur-
runt ad mortem quaternis pedibus *pueri Juvenes*
bini; Senes ternis. Quos felices exinde dixerim,
quod per periculosos vitæ humanæ gradus, ad subli-
me salutis æternæ fastigium ascendere eis contige-
rit; quod superatò hoc turbulentissimò mundana-
rum pelagò ærurnarum (postquam benè vivendo,
maturiore saltem, si non planè decrepitam æta-
tem, annosq; numerosiores transierunt) tandem
feliciter vitæ hujus calamitosæ ac brevis fabulam fi-
nire, ipsismet concessû fuerit. Ut verò nos ad hanc
Egregiam ac præstantissimam conferamus Matro-
nam, cui decentes hodiè ituri sumus Exequias. Quis
illam é numerò probissimarum, maturiori q; deco-
ratarum ætate Mulierum fuisse negabit? quæ vel ob
ipsam genuinam integritatem, si absconditus ille fa-

torum ordo, humani pectoris responderet desiderio, & cum mortalium semper conspiraret votis, ad longè prolixiorē ætatem, vitam suam protendere, uti omnium fœminearum virtutum Exemplar debuisset, & quæ, quamvis jam crudam superarit senectam, à quâ senes ἠμολέοντες Galenus appellat, & ad eam jam devenerit, quæ circa vel post LX. annum obtingit, ac à quâ senes γέροντες idem nuncupat, ita ut matura è cætu viventium excessisse dici non possit; quæ inquam, ob insignes animi dotes, quibus, cæteris præcallebat Fœminis, digna fuisset, ut ad decrepitem quoquè vitæ spatium, imò ad longissimum humanæ conditionis terminum, à quò senes idem Galenus περιπελὺς nominavit, pertigisset; quam nunc quasi sibi immaturè defunctam, afflictissimi liberi, Generi, Affines, & Amici, tam anxie desiderant. Sed quid verbis ulterioribus opus est?

*Non semper ambulant eandem semitam
Dei voluntas stabilis, atq; arbitrium
Mortale*

Et sic præter omnium amicorum voluntatem, hæc probatissimæ Virtutis honestæque ætatis fœmina, subtrahi rebus mortalium debuit, suoquè demonstrare Exemplo, quod ut Seneca meminit, *Non excensu, à Supremo illò iudice citemur.* Cujus cum deplorandum reparare obitum non valeamus, Vitam saltem illius, & laudes non ceruffatas dabimus, antequam

requam ad sepeliendas decentissimas ejus Exuvias
amicè invitemus. Veneranda itaque ac pientissi-
ma Matrona hæc, DN. CATHARINA *Shmbfe* /
Anno reparatæ Salutis 1595. ipsò DEL paræ Virginis
diè natali, diè scilicet 8. Septembris, circa octavam
Vespertinam, WISMARIÆ, Urbe Mecklenbur-
gicarum celebri, in hancce caducam prodiit vitam.
Patre nimirum, DN. JOACHIMO *Shmbfe* / Viro
sanè Strenuò ac Fortissimo, qui adversus Turcas, ca-
piales ac sempiternos, CHRISTI Jesu, ejusq; cultorù
hostes, cum immortalis nominis gloriâ, paucis pal-
mam suæ generositatis animiq; magnitudinis con-
cedens, præclara stipendia meruit; postmodum au-
tem, ob insignem Matheseos atq; Geometriæ (quâ
excellerat) scientiam, ad dividendum, in duas (Sve-
rinensem nempe ac Gultroviensem) lineas, Duca-
tum Mecklenburgicum, ipsiusque fines, quoad
utramque partem, accuratissimè distinguendos,
non absque magnâ sui existimatione, à Supremò
rotam tunc Provinciam Regentiùm Magistratu ad-
hibitus, per plurimorum tandem annorum decur-
sum, Præfecti Stavenhagensium prudentissimi ac
solertissimi munere fuit defunctus. Matre autè ELI-
SABETHIA *Sevenou*. Omnium Virtutum Exem-
plari, & matronâ ex stirpe domoq; LEVENOVIO-
RUM magni sanè nominis prognatâ. Avus pater-
nus ipsi fuit DN. DANIEL *Shmbfe* / Consul apud
Lubitzenses in Megapoli prudentissimus, Virque re-

verâ Spectatissimus atquè integerrimus. Avia pater-
terna CATHARINA Schröders / matrona omni
planè virtute, quæ in muliebri pulchrè resplendet
sexu, ornatisissima. Avus ipsi erat maternus DN,
JOACHIMUS Sevenou. Civis Wismariensium, vir-
tutis gratiâ admodum venerandus. Avia materna
DOROTHEA Hornefferin / quæ suam vetustæ illi
ac nobilissimæ HORNEFERORUM Profapiæ de-
buit originem. Proavum paternum habuit DN.
JOANNEM Ohmbke / Virum genuinâ bo-
nitate, & non vulgari eruditione præditum,
Proaviam paternam CHATHARINAM Hoyerß/
fœminam vitæ ac morû elegantiam celebratissimam,
Proavum maternum agnovit, Dn MARCUM
Zancken / Virum, Wismariæ, in Ordine Senatoriô
non postremum, singularique morum cultiorum
præstantiam florentem. Proaviam maternam JU-
DITHAM Eggebrecht / undequaue integris & in-
contaminatis moribus mulierem Hisce radicibus
nobilissimis, tum Vismariæ, tum in Megapoli, antè
plurimos pullulantibus annos, præclarisq; fragran-
tib; factis, piè defuncta, adscripsit primordia ortus
sui; felicissima & gloriosa vel ex indè jurè censenda;
nisi nunc generis splendorem, propriis virtutibus
illustriorem reddere maluisset. Quæ, mox per lava-
crû regenerationis, in Spiritu Sanctissimo renata, &
corpori CHRISTI JESU, quod est Ecclesia inserta,
pauloq; adultior facta, ad eam pietatem, ad eam scri-
bendi

bendi legendique notitiam; præceptorum diligentiâ, & ad eam rei Familiaris peritiâ, dulcissimorum parentum educatione atque instructione provecta fuit, ut brevi, variis virtutibus, ad Oeconomiam & matrimonialem honestatem pertinentibus, insigniter eluxerit, & omnibus fermè semet commendabilem reddiderit. Duci exprimi què non potest, quantoperè hæc piè denata, ab illis, in ipsâ etiam teneriori ætate, differebat fœminis; quæ exterius membrorum decus & nativam speciem collutulare solent, interioribus animi navis: Numinis quippè Divini assiduus cultus; erga parentes reverentia; ergâ pares modestia: Erga inferiores comitas; illibata pudicitia custodia; jure temperantia; Studium; ocii ac desidia fuga, hæc fuere, & id genus aliæ virtutes; quarum possessione, etiam num juvenula, suprâ aliàs Virgines ac fœminas eminuit. Itaque tam honesto natalium splendore, tantis naturæ privilegijs, tanto animi cultu insignem & præstantem Nympham, Cœlû, vel satius Cœli terræ que Arbitrator reservarat simili Viro, fidelissimo què thori conjugalis Consorti; Nempe Dn. CHRISTIANO Sitchman / Hypothecario in Bieschen Dorffs / Viro fanè Nobilissimo ac Strenuo; cum quò fortunatas, decimo octavo ætatis annò, Wismaria, die 15. Octobris, A. D. 1614. auspiciato omnine, solenni què parentum ac amicorum prolubio celebravit Nuptias, illiquè, nè scilicet, præclari hujus conjugum par-

ris,

ris, thorus sterilis aut infœcundus foret, trinam ac
selectissimam prolem edidit; ELISABETHAM vi-
delicet, Viro postmodum Excellentissimo Amplissi-
mo, Consultissimo, Dn. FRIDERICO Statté U. J. D.
& Celsissimæ Ducis Mecklenburgicæ Dn. MARIAE
CATHARINÆ Consiliario intimo, Amico nostro
honoratissimo, hodieque feliciter superstici, in ma-
trimonium elocatam. Deindè unicum filium JO-
ACHIMUM Sitchmann/ Equitum Magistrum, &
in großen Voigtshagen/ Hæreditarium, Virum Nobi-
lissimum, & ad ipsam â naturâ virtutem conforma-
tum. Deniquè secundam filiam CATHARINAM,
Viro Nobilissimo, Srenuo ac fortissimo, Dn. CA-
SPARO Bornemann/ S. R. Majestatis Sveciæ Colo-
nello, Equitumque Præfecto nuptum datâ; sed quæ
jam proh dolor/ nuperrimi belli Polonici ac Svecici
tempore, non absq; ingenti mariti sui amantissimi,
amicorumquè aliorum luctu, mortalitatem â se ab-
dicavit. Tam verò svavis semper, inter probum hoc
par, consuetudo fuit, quam inter conjuges unquam
esse potest. Sed ut nullum est homini perpetuum in
virâ bonum, ita jucundissima illa animorum & cor-
porum copula, non permansit diu integra; elapsis
enim decē annis, Anno 1624, die 24. Apr. clausit dies
suos, beato ac præmaturo discessu, Vir ille lauda-
tissimus Dn. CHRISTIANUS Sitchmann/ & ex-
optatissimam suam Conjugem, cum tribus & tunc
impuberibus liberis viduam afflictissimam reli-
quit

quit. Quæ licet illam fidem, illum amorem, semel marito dilectissimo consecratum, sepulchro ipsi inferre voluerit; at tamen, urgentibus calamitosissimis illis, nec solius Mecklenburgi, sed totius Germaniæ temporibus, & accedente DEI, ad cuius nutum vivere nos decet, voluntate, A. D. 1633 die 5. Novembr. secunda nuptialia capeffere vota, sibiq̄ue conjugio, cum consensu utriusq̄ue partis agnatorum ac cognatorum associare, DN. LEONHARDUM JOANNEM *Rasow* / *men* Celsissimi Principis atq̄; Gloriosissimi, DN. ADOLPHI FRIDERICI, per multos annos Præfectum Neo Bucovienfem, Virum ipsâ probitate meliorem, ac literatorum semper amantissimum. Ex quo unicum saltem filium BALTHASARUM WILHELMUM *Rasow* / non postremæ spei, atq̄; indolis juvenem peperit, qui absolutâ, non ita pridem quinquenniali peregrinatione, salvus ac incolumis domum reversus, sanctè denatæ genitricis Manib9, supremum filialis observantiæ officium præfens, neq̄ue absq̄ue ingenti animi dolore exhibebit. Importunus sim, si proluxiori stylo adumbrare allaborem, intimam quoq̄; illam animorum, & in hoc secundo conjugio, per Viginti fermè annos concordiam, illamq̄ue fidem conjugalem, quâ se honestissimum hoc quoq̄ue par fuit complexum; donec scilicet; A. D. 1655. prædictus DN. LEONHARDUS JOANNES *Rasow* / rebus mortalium exemptus, & de latere conjugis suæ charissimæ, *animæ dimidium suæ, avulsus fuisset*. Quò orbata, & non mediocribus antehac confecta curis animiq̄; molestiis, ærumnosæ rei familiaris administrationi valedicens, & ad interiorem cordis tranquillitatem, Vitæq̄; quietem aspirans, WISMARIAM, semet contulit. Dum verò ætas, non exiguo labore ac sollicitudine fracta, magnum sumeret incrementum, à suo dilectissimò Generò DN. FRIDERICO *Clatt* / nuper cum debito honore nominato, A. D. præterito, 1660. die 2. Aprilis, Wismariâ reducta, filiaq̄ue suæ, Nepoti, ac neptibus restituta fuit, ut, quo-
rum

:::(

rum

rum operâ auxilioq; in suâ virium imbecillitate, aliisque negotiis uteretur, in promptu haberet. Ex omni autem illo Virtutum censu, quibus Matrôna hæc suspicienda fuit, prima laus debetur pietati & religioso Divini Numinis cultui: Nam Deum precari ac venerari assiduô; dum adhuc meliori frueretur valetudine, sacrum codicem diurnâ nocturnaq; manu versare; Aedes sacras visitare, Verbumq; Divinum magno pectoris ardore & prolubio audire; Sacramenta salutaria, cum summâ animi devotione sumere, hæc erant matrônæ hujus Optimæ artes, hæc professio. Quæ dum jam non modicam virium contraheret infirmitatem, nec amplius domo tam facilè egredi valeret, advocari ad se, proprium Confessarium curans, coram ipso peccata sua, cum vehementi animi dolore sæpius confiteri, atquè ab ipso, pretiosissimo Corporis & Sanguinis CHRISTI JESU pabulo, refici solebat. Jam autem per anni quadrantem, cum gravicolluctata morbo, bis, & vix elapsis ante obitum diebus quatuordecem, præviâ seriâ noxarum suarum agnitione, cœlesti illo ac Sacrosancto Viatico, à Viro plurimum Reverendo atque Clarissimo, Dn. JOACHIMO LINDEMANNO, Sanctæ Aedis Petrinæ Archidiacono vigilantissimo instructa fuit. Quâ verò infirmitate, pæclara hæc Matrôna Mundo valedicere coacta fuerit? Vir Excellentissimus & Experientissimus Dn. JOANNES BACKMEISTER Med. D. & Profes. Collega & Amicus noster colendissimus, hisce verbis, quæ hic apponi placuit, expressit. *De Morbo, quò extingvi visa est Matrôna honestissima, si quid commemorari quisquam expetit, sciat cogitetq; in antecessum, Senium ipsum solum, plerisq; mortalium lethale existere, præsertim, ubi sub variis gravibusq; curis Vita eousq; producta fuit. Idem experta est Matrôna hæc olim vegeta satis, animiq; & corporis Virtutibus egregiè pollens: Sub variis enim vita curis, gravia ac tandem ferè continua animi & corporis eam defatigarunt, senioq; diu sustinendo imparè reddiderunt: hinc melancholicâ & scorbuticâ indispositione dudum*

dudum eam laborare vidimus. quæ ansam paucis abhinc mensibus, præbuit malo cuidam apoplectico, quod in Lethargum exitialem, mox degenerare depræhendimus; sopore enim gravi detenta, & motu sensuq; ferè destituta apparuit, per aliquot (sæpe multos dies; in quò statu, etsi idoneis subinde remediis eam refocillare, torpentesq; spiritus excitare studuimus, nihil tamen obtineri potuit, nisi quod oculos brevi intervallò aperuerit, & alloquentium fortè insertas manus fortiter presserit, mox iterum solito Sopori indulgens; donecusq; extinctis sensim Vita igniculis, penitus placidissimeq; indormierit. Quamprimum itaque piè demortua medicamentorum usurpatorum viribus, vehementiam affectuū minimè cedere posse animadvertisset, totam se, ad Æternum illum convertit medicum, mentemque & omnia sensa, in misericordia DEI, in merito & satisfactione Servatoris nostri CHRISTI JESU, ad extremum vitæ halitum unicè defixa habens, placidissimo tandem secessu, in præsentia sui exoptatissimi Generi ac aliorum, inter horam tertiam & quartam, ex hoc terrestri habitaculò, præsentissimâ mente, ad vitam illam æternam, nullo felicitatis modo circumscriptam, die II. Aprilis mensis nuper elapsi emigravit; postquam ex anteriore prioreque matrimonio; quatuordecem Nepotes ac Neptes vidisset, hicque vivendo, ætatem sexaginta quinq; annorum, quinque mensium, undecem dierum, & aliquot horarum explevisset. Et sic in beatorum Collegium allecta est pia, pudica, humana, modesta, gravis, ab omni fūco & simulatione aliena, in quibusvis calamitatibus magnanima, ergâ pauperes benefica, erga quosvis benevola, unò verbo, omnibus conspicua Virtutibus, quæcunq; fœmineum condecorare sexum possunt; allecta inquam, Spiritum suum cœlestem reddens cœlo, Exuvias autem corporis sui, communi omnium matri, telluri nimirum commendans atque relinquens: Quæ cum hodiernâ die circâ horam Primam, in Æd. Divæ atque intemeratæ Virginis dicatâ


dicatâ, tumulo componi debeant; has (officiosè & amanter invito ac obsecro) Vos Omnes ac singuli Academiae Cives, Fautoresq; honoratissimi, celebri conventu, frequentique comitatu honore. Date quæso supremum hunc honorem summis demortuæ virtutibus. Date GENERIS optimè de Nobis promeritis. Date afflictæ proli atque lugentibus amicis. Simulq; ardentissimis, à Cœlesti illo, atq; infinitæ Majestatis & bonitatis NUMINE flagitate precibus, ut Omnes & Singulos, ex hoc acerbo Matronæ hujus laudatissimæ casu afflictissimos, efficaci consolatione erigat; quod calamitosis mentibus, pientissimò corde invocatû, gratissimâ quietem & optatissima gaudia afflare solet, & ut quoq; benignissimos suæ clementiæ oculos, ad ærumnabilem hujus Provinciæ faciem ac conditionem flectere dignetur, atq; in illâ denique Solem aureæ pacis, publicæ tranquillitatis, suavissimæq; animorum concordia, post tot fortunæ asperioris vicissitudines, constanter fulgere permittat.

Publicat. ROSTOCHII, sub Sigillò Reæt. die 6. Junii,
A. D. 1661.

Convenient Academiae Cives ac Fautores,
ad horam primam in Templò sanctissimæ
Virgini sacro.



dudum eam laborare vidimus. qua ansam pa-
buit malo cuidam apoplectico, quod in Lethar-
nerare deprahendimus; sopore enim gravi de-
stituta apparuit, per aliquot (at multos dies
subinde remediis eam refocillare, torpentes
mus, nihil tamen obtineri potuit, nisi quod ocu-
erit, & alloquentium fortè insertas manus
iterum solito Sopori indulgens; donecusq; exte-
lis, penitus placidissimeq; indormierit. Qu-
demortua medicamentorum usurp-
hementiam affectuū minimè cedere p-
totam se, ad Æternū illūm conver-
temque & omnia sensa, in misericordia
tisfactione Servatoris nostri CHRISTI
vitæ halitū unicè defixa habens, pl-
cessu, in præsentia sui exoptatissimi Ge-
horam tertiam & quartam, ex hoc ter-
sentissimā mente, ad vitam illam æter-
modo circumscriptam, die 11. Aprilis m-
gravit; postquam ex anteriore priorec-
tuordecem Nepotes ac Neptes vidisser-
tem sexaginta quinq; annorum, quin-
cem dierum, & aliquot horarum exple-
rum Collegium allecta est pia, pudica
gravis, ab omni fūco & simulatione ali-
mitatibus magnanima, ergā pauperes
vis benevola, unò verbo, omnibus
quæcunq; fœmineum condecorare s-
inquam, Spiritum suūm cœlestem r-
autem corporis sui, communi omniu-
rum commendans atq; relinquens:
circā horam Primam, in Æd. Divæ atq;



the scale towards document

ensibus, præ-
mox dege-
sensuq; ferè
etsi idoneis
itare studui-
ballò aperu-
fferit, mox
Vita ignicu-
itaque piè
ibus, ve-
dvertisset,
m, men-
erito & fa-
extremum
tandem se-
tum, inter
aculò, præ-
felicitatis
elapsi emi-
onio; qua-
endo, ata-
um, unde-
cin beato-
modesta,
busvis cala-
erga quos-
Virtutibus,
nt; allecta
o, Exuvias
elluri nimi-
odiernā die
ata Virgini
dicatā